



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 43. Monita a Legato Theologis data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.  
A.C. 1551.

„III. Extremæ Unctionis ritus,  
„usus non observatur ab Ecclesia Ro-  
„mana juxta beati Jacobi Apostoli sen-  
„tentiam, ideoque is mutandus est  
„potestque a Christianis absque pecca-  
„to contemni.

„IV. Extremæ Unctionis Minister  
„non est solus Sacerdos, Presbyterique  
„Ecclesiæ, quos beatus Jacobus addi-  
„cendos ad infirmum ungendum horta-  
„batur, non sunt Sacerdotes ab Epis-  
„copo ordinati, sed ætate Seniores in  
„quavis Communitate.

### §. XLIII.

#### *Monita a Legato Theologis data.*

Pallav. n. 18.  
Psalmaeus  
pag. 258.

Ceterum fontes, ex quibus decisio-  
num veritas haurienda erat, iidem  
fuerunt, ad quos jam in priori Sessione  
recurrebatur, nimirum Sacræ Literæ  
Traditiones Apostolicæ, recepta Eccle-  
siæ Concilia, Pontificum decreta, &  
Constitutiones, Sanctorum Patrum sen-  
tentiae, ac denique universalis Eccle-  
siæ consensus. Legatus cum moniti  
superius relata inculcasset, Theologos  
his verbis alloquebatur: „In proferen-  
„dis cujusque sententiis suus servetur  
„Ordo, quapropter Cæsareos Oratores  
„excipient Lovanienses Theologi, quo  
„Regina Hungariæ & Belgii Gubernatrix  
„able-

„ablegabat, suntque Ruardus Tappe- Sæcul.XVI.  
A.C.1551.  
 „rus (\*) Cancellarius, & Decanus Lo-  
 „vaniensis præter alias septem Docto-  
 „res (\*\*) Hos in dicendi ordine se-  
 „quentur Electorum Oratores, ac præ-  
 „primis Adolphi de Schawenburg Ar-  
 „chiepiscopi Coloniensis Theologi, no-  
 „mine Clampus, & Culperus & post  
 „hos Ambrosius Pelargus Ord. S. Do-  
 „minici a Trevirensi Archiepiscopo ad  
 „Synodum decretus, quem Joannes de  
 „Isemburg Trevirensis Archi Presby-  
 „ter, & Joannes Delphicus Presbyter  
 „sæcularis præter alias septem Hispa-  
 „nos comitabuntur.

Hoc in loco Pallavicinus mentionem facit cujusdam Macarii, quem Theffalonicæ Archiepiscopum fuisse scribit, verum circa sedis nomen hallucinasse videtur: nam potius hic erat *Heracleensis Archiepiscopus*, quem Fabianus Columna ablegaverat; hic enim quantumvis ritu latinus esset, anno tamen Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo in Patriarcham Constantinopolitanum fuit electus. Hic idem Macarius aliquamdiu in eodem diver-

---

(\*) Hunc Psalmæus vocat: *Quardum Quaperum.*

(\*\*) Continuator ex incuria omisit Cæfaris Theologum Melchiorem Canum Ord. S. Dominici.

**Sac. XVI.** diversorio unacum Psalmæo Virodunensi Episcopo morabatur, ab eoque Synodi Patres, priusquam illum ad confessum inter Archiepiscopos admisserent, disertam fidei Catholicæ professionem exigeabant. His ita peractis Papæ Legatus ad Theologos dicebat: singularis diebus binas habendas esse Congregations, in quibus matutino tempore ab hora sexta usque ad undecimam, promeridiano autem a secunda usque ad quintam diei horam Synod negotiis incumberetur.

#### §. XLIV.

#### *Congregationes pro examinandis articulis in Legati Palatio instituta.*

*Pallav. hist.  
Conc. l. 12.  
c. 10. n. 24.  
Psalmaeus p.  
358.*

His Congregationibus solemniori initium dabatur vigesima Octobris die, qua in Legati Palatio præfati articuli examinandi proponebantur. Primo inter Theologos loco Jacobus Laineus ex D. Ignatii sociis unus, primus Papæ Theologus sermonem instituit de primo articulo, ac secundum illius partem damnans afferuit: „Se cramento esse necessariam poenitentiam, timorem, dilectionem, contritionem, & absolutionem. Dilectionem pariter tanquam necessariam enumeravit Jacobus Ferrusius Hispanus, Segoviensis Episcopi Theologo-